

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE P. ODIS

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis

Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI équitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK CINCINNATI RATISBONAe in BAVARIA

52, Barclay Street. 436, Main Street. 1699, Rue Notre-Dame.

IN GERMANY IN CANADA

Apud FRIDERICUM PUSTET

Typogr.

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

N. Capo. A. Cima. A. M. Cerasoli.

M. Ricci. I. Wabner. Laelius.

H. D. V. Pieralice.

A. Costaglini. I. Battanius.

Forfex. Poplicola.

Scriba.

Fr. Palata.

Viator.

P. d. V.

RERUM INDEX

AD "PRAECONEM LATINUM",
DE SUBTILIORE LATINAe ORATIONIS COGNITIONE
PAX!
LATINAe ADNOTATIUNCULAE - Maurus Riccius Ioanni Taddeo. Ex scriptis	
ORATIO AD DISCIPULOS GYMNASII HABITA STUDIIS ABSOLUTIS
AB HELVETIA AD NORDICUM CAPUT
COLLECTIONES ET COLLECTORES
DE POLARI VERTICE ATTINGENDO
ALOISII CLASI "LUSUS PASTORALEs",
FRUSTULA
ANNALES
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS
ENIGMATA

In tertia operculi pagina:
PER ORBEM

VARIA: De nivatis scitamentis - Ioci

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII
ROMAE
M DCCCCI

LIBRI ET COMMENTARI RECENS DONO ACCEPTI

A. CIMA, *Analecta Latina*. (Virgilio - Cicerone - Livio - Appunti lessicali - De Q. Haterio oratore). — Mediolani edid.

D. Briola, 1901.

GIUSEPPE FEDELE, *Pace*. (Canto) — Panormi, ex off. Fratrum Marsala, 1901.

P. FR. ENRICO LACORDAIRE, *Gesù Cristo*. Lettere aperte ad un giovane. — Augustae Taur.-Romae edid. Hyacinthus Marietti, 1901.

Dott. ERMENEGILDO DE MICHELE, *Ammaestramenti ed esercizi di analisi e sintassi italiana e latina in correlazione, ad uso delle scuole ginnasiali*. — Neapoli, ex off. Michele D'Auria, 1900.

DOTT. LUIGI MANNUCCI, *L'elemento comparativo in Orazio*. — Florentiae edid. Bernardus Seeber, 1901.

L'amico della gioventù. Singulis hebdomadis prodit Veronae.

Atene e Roma. Commentarius cura Italae Societatis ad litterarum studia vulganda editus Florentiae-Romae.

Index rerum an. IV, n. 29: Di una nuova fonte per l'incendio neroniano (*C. Pascal*) - Euripide e la questione femminile (*C. Lanzani*) - Recensioni - Notizie e appunti - Atti della Società.

L'Ateneo. De litteris et bonis artibus commentarius. Bis in mense prodit Romae.

Index rerum an. XXXIII, n. 13: Letterature straniere: Un secolo di poesia tedesca (*V. Bianchi Cagliesi*) - Davanti il duomo di Piacenza (Ode) (*A. Ricci*) - Letteratura fine di secolo (*F. Rizzi*) - Critica cristiana (*G. R.*) - Le ballate mantovane (*T. Nediani*) - «Morgan» di Arturo Graf (*E. Flori*) - Per una nuova rivista (*G. Molteni*) - Dalle riviste - I libri - Notizie di letteratura ed arte.

Atti dell'Accademia Properziana del Subasio. Asisii.

Bollettino del museo civico di Padova.

La Croce. Singulis hebdomadis prodit Neapoli.

Divus Thomas. Commentarius inserviens Academias et Lyceis scholasticam doctrinam sectantibus. Placentiae.

Emporium. Recensio menstrua litterarum et artium. Bergomi.

Ephemerides Liturgicae. Singulis mensibus Romae prodeunt cura Congr. Vincentianae.

Giornale Arcadicò di scienze, lettere ed arti. Romae.

Index rerum an. IV, n. 42: La Guardia Nobile di Sua Santità (*A. Bartolini*) - Sul Palatino (*T. Pioli*) - Nel gran deserto americano (*U. Mioni*) - Note ad Orazio (*A. Monaci*) - Erudizione letteraria (*G. Cozza Luzi*) - I viaggi al Polo Nord (*V. Prinzivalli*) - Bibliografia - Cronaca - Notizie varie.

Il Marzocco. De litteris et artibus commentarius. Florentiae.

Minerva. Recensionum recensio, moderatore Friderico Garlanda. Romae.

Singulis dominicis diebus prodit, scripta maximi momenti, quae sive in praecipuis commentariis, sive in libris vulgaruntur, accuratis referens.

Index rerum an. XI, vol. XXI, n. 29: L'evoluzione della chirurgia - Un drammaturgo realista inglese: G. B. Shaw - Del genio britannico - I Lanzichenecchi tedeschi durante la guerra dei Trent'anni - Le macchie solari e la pioggia - Ravenna e l'arte cristiana - Un'amica di J. J. Rousseau: La contessa d'Houdetot - Gli «Scritti scelti» di Montecuccoli - I matrimoni in Inghilterra - L'errore della educazione moderna - Una macchina mossa dal sole - Sommari - Da una settimana all'altra - Spigolature - Fra libri vecchi e nuovi - Notizie bibliografiche - Rassegna settimanale della stampa.

Nuntius Romanus. Romae.

L'Oriente Serafico. Commentarius editus cura fr. Minorum S. Mariae Angelorum ad Asyrium.

L'Osservatore Cattolico. Diarium Mediolanense.

La Ricreazione. Commentarius bis in mense editus Tergeste.

Rivista di filologia e d'istruzione classica. H. Stampini mod. prodit Aug. Taurinorum.

Rivista Internazionale di scienze sociali e discipline ausiliarie. Semel in mense prodit Romae.

Index rerum an. IX, vol. XXVI, fasc. CII: Le nuove tendenze del pensiero all'aprirsi del secolo xx (*G. Ellero*) - La libertà d'indirizzamento (*G. Piovano*) - Il protezionismo marittimo in Francia (*G. Bruno*) - Sunto delle riviste - Esame d'opere - Note bibliografiche - Cronaca sociale.

Rivista politica e letteraria. Semel in mense prodit Romae.

Index rerum an. V, vol. XV, fasc. III (mense Junio 1901): L'insuccesso Waldersee (xxx) - Via Lucis (*C. Vivaria*) - L'Inghilterra sotto i re Edoardo (*A. Agresti*) - Armonie benefiche e armonie delittuose (*A. Stoppolini*) - Le leggi contro gli stregoni in Alberico Gentili (*A. Pierantoni*) - L'VIII Esposizione internazionale di Monaco (*G. Sacchetti*) - I momenti musicali nel «Nerone» di Boito (*L'Italico*) - Vita scientifica - Diario - Bibliografia, etc.

Rivista di storia antica e scienze affini. Messanae.

La scuola secondaria italiana. Singulis hebdomadis prodit Mediolani.

Valle di Pompei. Commentarius editus ad solamen puerorum, qui, cum parentes habeant in vincula coniectos, hospitio ad Pompeios accepti sunt.

La vera Roma. Singulis hebdomadis prodit Romae.

Vittoria Colonna. Commentarius ad Italas mulieres. Bis in mense prodit Neapoli.

Studien und Mittheilungen. Reigen.

Obnova. V. Hradci Králové.

Vlast. V. Praze.

L'Association Catholique. Revue mensuelle des questions sociales et ouvrières. Lutetiae Parisiorum.

Index rerum num. idibus Iunii editi: Salaire et salariat (*Ch. Antoine S. J.*) - Un voyage à travers le temps (*J. D.*) - Les retraites et le salaire (*J. de Bruijnac*) - Cercles d'études et Instituts populaires (*L. Rolland*) - Le mouvement social en France (*H. Savartier*) - Cronique de l'étranger - Hollande

(*G. de Pascal*) - Lettre de Belgique (*A. T.*) - Le mouvement syndical et ouvrier (*G. Lautens*) - La grève générale des mineurs (*H. S.*) - Discours du comte de Mun dans la discussion de la loi sur les Associations (art. 14, liberté de l'enseignement) (suite et fin) - Chronique bibliographique (*V. de Clercq*).

La Papauté et les Peuples. Revue internationale des sciences sociales, d'histoire et de droit public chrétien. Lutetiae Parisiorum.

Bulletin Bibliographique internat. Bruxellis.

Revue Bibliographique Belge. Bruxellis.

Revue Neo-Scolastique. Lovanii.

Boletín-Revista de la juventud católica de Valencia.

La Crux. Madriti.

El Eco Franciscano. Santiago.

Revista Católica de las cuestiones sociales. Madriti.

Revista crítica de historia y literatura españolas, portuguesas, é hispano-americanas. Madriti.

Revista Ecclesiástica. Valdoleti.

La Semana Católica. Madriti.

Amerikanski Slovenec. Tower.

L'Artisan. Revue mutualiste. Montreal (Canada).

El Católico. Santiago de Cuba.

The Church Progress. St. Luis Mo.

Der Herald des Glimbens. St. Luis Mo.

Diario de Centro America. Guatimala.

Johns Hopkins. University Circulars. Baltimore.

Katholischer Mesten. Dubuque.

The Messenger of the Sacred Heart. Neo-Eboraci (U. S. A.).

Niagara Index. Niagara University. N. Y.

Praeco Latinus. Philadelphiae.

Revue Ecclésiastique. Valleyfield in Canada.

The Review. Singulis hebdomadis editur Saint-Louis M. (U. S. A.).

The Rosary Magazine. Patrum a S. Dominico praeconium menstruum. Somerset (Ohio U. S. A.).

La Semaine religieuse. Québec.

The Tidings. Los Angeles, Cal.

Le Messager de Tahiti.

Our Alma Mater. St. Ignatius College. River-view, Sydney.

I-wen-lou et Revue scientifique. Zi-hai = Shang-hai.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PREIUM SUBNOTATIONIS: In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam: Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.	BIS IN MENSE PRODIT	POSSESSOR ET ADMINISTRATOR: ARISTIDES LEONORI, eques. ROMAE - Via Alessandrina, 87.
---	---------------------	---

AD PRAECONEM LATINUM

Quae in americano commentario monstruo, cui titulus *Praeco Latinus*, iacta in nos tela nuper deprehendi, ea animi causa, ne apice quidem mutato, referre placet:

ORACVLIA PRÆCONIS

Cl. N. CAPO, epistolarius, in periodico collega, *Voce Urbis* (Nro. 4. anni IV-ti) ad hunc modum disserit:

"Hoc potissimum exoptamus¹ (nempe ut l. Lñam communis doctis fiat), qui ad latinitatis studium amoremque propagandum iam ab initio² intendimus, alio et forsitan aptiore³ itinere, quod ad incorruptam⁴ latini sermonis integritatem propositaque argumenta pertinet, quam alterum commentarium, qui *Praeco latinus*⁵ inscribitur. Quod quidem pronuntiare licet nobis, quibus maiorum nostrorum⁶ lingua, velut hæreditate relicta, maximopere est tuenda incorruptaque⁷ servanda."

Titulus tractatuli verbis his est conceptus: "De Communi Omnibus Gentibus Eloquio Constituendo," quod dicere vult: *De Lingua Gentium Communi Stuenda*, quandoquidem Auctor de eloquio, seu eloquentia nequaquam disserit, sed de lingua. Occasione autem præbet Cl. Dr. ARMINIUS DIELS, qui in "Deutsche Revue" l. Lñam ut gentium universam commendat, eodem fere modo, quo antea, Latinitatem practicam quam nos iam ex septem annis prædicamus, Ciceronianæ anteponendo.

Nostræ animadversiones:

1. Non tamen primi.
2. Primus, qui in Italia, nostris temporibus "ad latinitatis studium" "ab initio intenderat," Cl. quondam Charulus Ulrichs, Hannonianus Germanus fuit, qui diem suum supremum in xenodochio publico exigit; tantus fuit amor tantumque latinitatis studium in Italia. Ex tota Italia, (ex tota Gallia, ex tota Hispania), ne unicus quidem sacerdos, Universitas, gymnasium, seminarium, in catalogo nostro est; qui sunt, non sunt Itali. Si l. Latina vixerit, aliud eam servabunt, nisi nos supra Rñi Cœtus capita commovere poterimus. Si hoc fiat, opus Americanum erit, non Italicum. Ubi tot sunt Sc. Urstastes, tot clerici, nec unicum subnotatorem suppeditare queunt, de "Amore Latinitatis" verba serere haud congruum est.

3. Aptissimum iter est schola; nec quidquam aliud est iter. At Itali hoc respectu quid præstirent? Num Cl. N. CAPO est commentus quamdam methodum colloquendi? Si sit commentus, num eam Gubernaculo suæ gentis obtulerit adoptandam? — Si sic, nec Gubern. Italicum cooptarit, ubi est "amor Latinitatis?" — Tota Italia suam Latinitatem e libello *Germanico*, hoc est, e grammatica *Schulz* (1) discit. NOS SOLI obtulimus Administro

(1) Non *Schulz* sed *Schultz* illi grammatico nomen; quamquam eius libro quot Italæ scholæ nunc utuntur? Habemus

TORRACA (1) methodum colloquendi, ut methodum mortuam et Germanicam ex Italia pelleremus. At Gubern. Regium, quasi humeros nostros palpando et nos false laudando asserebat "finem ac scopum Latinitatis in Scholis Italæ prorsus diversos esse," h. e. philologiam Germanicam. Quia ergo Gubern. Regium Germanizando perseverat, nunc ad Suam Sanctitatem, Leonem XIII-um nos convertimus, ut Ipse gentem vestram e servitute Germanica eripiat. — Quod est melius et aptius iter Clm. N. Capouis?

4. Si "incorruptam integritatem" sermonis Lñi servare ambigitis, a Romanis discite, ne a Germanis. At vos nomina adiectiva substantivis perpetuo et sine delectu anteponitis. *Das von meinem vor mehreren Jahren verstorbenen Bruder geschriebene Buch*, Germanorum est, non Romanorum. Populus Romanus, Res rustica, Disputationes Tusculanæ, Romano modo sunt; "latinus sermo", "alterum latinum commentarium" Germanica sunt (die lateinische Sprache, die andere lateinische Zeitschrift). Item: primum atque fundamentale est illud principium grammaticæ Latinæ, ut *possessio præcedat*, *Genitivus autem sequatur*, veluti: "De Natura Deorum," "Amor Patriæ," "Ars Amandi," "Vox Populi," nec ordo hic invertitur nisi propter rationem sufficientem; at vos ordinem Romanum gratia Germanitatis continuo invertitis, uti: "maiorum nostrorum lingua," "latini sermonis integritatem," &c.

5. Periodicum nostrum non inscribitur "Praeco latinus," sed "Praeco Latinus." Error hic duplex est. (a) Nomina propria, seu tituli librorum maiusculis scribuntur. (b) "Latinus" non solum nomen libri est, sed etiam nomen gentis. Sed Germanorum præceptum est nñna adiectiva minusculis scribi oportere, ne usus Maiuscularum omnem modum excedat, quem Germani cuncta substantiva maiusculis scribant. Vos Latinitate vestra, Germanos imitamini nos Romanos, atque exempla optima Evi Medii. Quis igitur corrumpt Latinitatem? Qæramusne etiam *epistulas*, *harenam*, *conicio*, aliaque Brambiana monstra absurdæ?

6. Si vos nati sitis loco quodam ubi ante 1800 annos Romani floruerunt, etiam nos in colonia quondam Romana nati sumus. Aquincum, Strigonium, Bregetium, Sabaria, Arabona, &c. magis erant Romana quam Neapolis, Brundusium, Panormum, Syracuse, &c. in ipsa Italia. Si maiores vestri casu Romani fuerint, sic et nostri. At quid hæc probant?

7. Quomodo vos tuemini Latinitatem? Germanicum ordinem dicendi, Germanicam orthographiam adoptando? Vos non tuemini, sed mores peregrinos imitamini, quibus nos **soli** obluctamur. Præterea, ut doctissimus Mgr. Diels scite declaravit, Latinitas Gandinum, Boninum, Zambaldium, Zenonium, Garitium, Chiminellum aliasque sexcentos rei grammaticae scriptores peritos simos.

(1) Atqui nullus unquam Torraca administer in Italia fuit!

Ciceroniana pro vita practica incepta est, putatque recentiores sequi oportere, quod nostrum principium est, et a nobis primo proclamatum. Circuite ergo vos queritando phrases tortuosas et bombasticas, nos rectas vias proseguemur, "Romanum eloquium" sectando, atque, ubi res postulaverit, vocabula nova, sed legitima, tamquam pontes, fabricando. Nos præcedere quam sequi malumus.

Non opus hic esset, credo, alia subcere, cum Praeconis arcana quidem verba satis per se ipsa loquantur; at semel tantum iuvabit americanus commentarii haud rotundum contundere os.

Quod quidem optimum intendit ad finem, at minime exaequatis viribus. Illius enim lingua latina, ob grammaticæ legum resolutionem atque perplexum sermonem, omnibus sane lenociniis elocutionis parentem, nulla, ut ita dicam, omnino est.

Non ego sum qui affirmem nostræ aetatis latine scripta, quae Ciceronis nitorem haud plane redoleant, latina non esse; at, si tanta consequi minus licet, grammaticæ saltem et perspicue loquamur, neve putemus latine loqui nil aliud esse quam e nostra ipsorum lingua in latinam vertere, nulla collocandorum verborum, nulla ornatus aut numeri ratione habita, velut si quis versus optimos componere se posse arbitretur longis syllabis cum brevibus consociatis, eos tantum pedibus dimetiendo.

Nos quidem Ciceronis purgatissimum eloquium non unice proseguimur; sed et nitidum Caesaris, et Livii magnificum, et Taciti contratum genus, immo et Terentii Plautique vivacem sermonem, ceterosque qui hac vel illa laude probantur. Cumque adsit occasio vocabula nova creandi, non barbaras voces ipsi fingimus, sed more maiorum e graeca repetimus lingua. Nobis igitur licet edita voce profiteri incorruptam latinitatem, eamque, velut hereditate relictam, ad nos maxime pertinere.

Neve dicat aliquis, Germanorū nos esse pedissequos; philologiae enim tantum præcepta ab iis tradita iure probamus; minus autem eorum scribendi genus, docente Quintiliano aliud esse grammaticæ, aliud latine loqui.

Quid vero valeant Praeconis animadversiones superius relatae, unicuique patet: quae partim ex verbis haud recte intellectis manarunt, ut «*ab initio*», ubi subaudiri debent verba «*commentarii nostri*»; itemque «*aptiore itinere*», quae verba ab iis quae sequuntur optime, ut mihi videtur, explanantur; partim aliam elocutionis rationem præse ferunt, cum ab Americanis doctoribus negetur latinam linguam inversis gaudere verbis. At me-

minerint Praeconis commentarii scriptores e veteri tragedia senarium illum, qui in proverbii consuetudinem venit. «Αλλων ιατρός, ωτὸς ἔλκεστρος», qui latine sonat: «Medice, cura te ipsum»; atque aptiore itinere, iterum atque iterum horror, ad latinitatis cultum studiumque amoremque propagandum intendant; ut, sicut fama est Alexandrum ante Achillis sepulcrum exclamasse: «O fortunate adulescens, qui Homerum virtutis tuae praecomen inveneris!», ita de ipsorum commentario dici possit: «O fortunata latina lingua, quae hunc praestantiae tuae – Praeconem – inveneris!»

NAZARENUS CAPO.

His plane assentitur Vox Urbis, nec plura, quae tamen in promptu habebat, addere maluit, sperans Praeconem a suis in nos et Latinas gentes crebris aggressionibus recessurum, ut supremam illam metam ad quam, licet vario itinere, una tamen tantoque labore contendimus, coniunctis viribus feliciter amice attingamus.

DE SUBTILIORE LATINA ORATIONIS COGNITIONE

MAGNA nunc est opinio, hac aetate, propter studia grammaticorum Germanorum, qui genus dicensi veterum scriptorum penitus pervestigarent, artem Latine scribendi, cuius aditus olim cuivis patuerit, iam tanti negotii factam esse, ut paucis cum spe laudis in ea liceat versari. Quot difficultatibus, inquiunt, eam impediverunt! Quanta praceptorum mole saepserunt et quasi obruerunt! Dicas hos tamquam novos Acrisios ab aliqua Danaë arcere amatores voluisse, si qui ad eam conarentur perrumpere. Itaque adfirmant, plerosque desperatione debilitatos, cum timerent ne in grammaticorum reprehensionem incurrent, decrevisse aut eam omnino relinquere, aut se tantum ad carmina condenda conferre; ita fore ut aliquanto maiore libertate fruerentur neque his ineptiis grammaticorum, quasi quibusdam compedibus, detinerentur.

Equidem assentior, Latinam scriptionem, si modo eam optamus puram et emendatam et ad veram Latinae linguae indolem conformatam, rem magis quam antea difficilem habendam esse. Non enim, ut patrum nostrorum fere mos fuit, ex quocumque scriptore aut opere, neque ex quacumque aetate iam verba sumenda sunt, neque sententiae ita verbis exprimenda ut his recentioribus linguis factitamus. Quippe veteres illos nulla alia causa constat aliter ac nos locutos esse, quam quod aliter prorsus cogitationes sibi animo fingebant. Quod cum olim non satis animadverteretur, facilior quidem erat ars Latine scribendi, bene Latine scribendi non item (1). Quodsi fuerunt (ut ii, qui Ciceroniani appellati sunt), qui unum sibi auctorem ad imitandum proponerent, illi primum ideo erraverunt, quod angustioribus finibus se concludebant, deinde ne illam quidem orationem, quam solam admiratione dignam putabant, satis cognitam ac perspectam habebant. Nostrae autem aetatis sive laudi sive fortunae contigit, ut veterum auctorum libri manu scripti ratione quadam adhibita inspicterentur, excuterentur, aestimarentur; inde editiones omnibus numeris absolutae exstiterunt, inde unius

(1) Totam hanc rem eleganter persecutus est in hisce ephe-meridibus PETRUS ANGELINUS in dialogo, qui inscribitur *Lollius sive de provocula Latinitate*.

cuiusque scriptoris divitiae, quales et quantae essent, licuit cognoscere. Quid quod ista grammaticorum studia, quae nonnulli despiciunt, illum fructum attulerant, ut, non iudicio aurium, sed certa quadam norma usi, germana veterum scripta a suppositiis distingue possemus. Id quidem aliquatenus maiores quoque fecisse nemo ignorat; quin etiam, quantum in illis fuerit vel acuminis vel doctrinae vel sollertiae, haud facile quis dixerit. Sed tamen quia iis subsidiis carebant, quibus nos abundamus, saepe in errorem induci sunt, neque ad eum finem, quem sibi proposuerant, interdum pervenerunt. Hoc ego, ut saepe alias, ita nuper animadvertis, cum incidisset in librum *Consolationis* anno 1583 Ciceronis nomine vulgatum. Vigebant tum studia antiquitatis; opera veterum scriptorum docti homines diligenter conquirebant ac, si quid novi in lucem prodibat, avide arripiebant. Itaque, ubi primum manavit rumor, Ciceronis *Consolationem* (quae iam inde a Petrarca frustra desiderabatur) casu quodam repertam esse, vix dici potest, quanto opere genus totum litteratorum commotum sit, quantoque cum plausu eam omnes accepserint. Mox tamen iidem dubitare coeperunt, verene Ciceronianam esset, necne; tum, re accuratius considerata, ubi satis constitit, id opus haudquaquam Ciceroni tribui posse, quaesitum est, cuinam tandem ascribendum esset; eaque controversia non solum intra Italiae fines, sed in Gallia et in Germania quoque diu agitata, ne nunc quidem diiudicata videtur. Nam de vero *Consolationis* auctore aliiquid tantum suspiciari, nihil pro certo adfirmare possumus (1).

Sed haec, quae a proposito aliena sunt, prorsus omittamus. Illud tantum animadvertis, mirum profecto nobis videri, tun̄ tot homines doctos eiusmodi opus pro Ciceroniano unquam habuisse atque admiratos esse, quod vel primo aspectu alicuius imitatoris manum ostendat. Eorum vero, qui docere conati sunt, id a Cicerone esse abiudicandum, princeps exstitit Antonius Riccobonus, professor Patavinus, cuius commentatio, omni abundans doctrina, nunc quoque non sine aliquo fructu legi potest eaque ipsa satis est ad omnem dubitationem tollendam. Continetur autem haec commentatio duabus partibus, quarum una est de locis Ciceronianis ab imitatore in suum librum congestis ex *Tusculanis* potissimum *disputationibus*. In quibus notandis, quanta fuerit Riccoboni eruditio manifestum est, praesertim cum haec conscriperit paulo post illud opus editum et quasi stans pede in uno. Quae festinatio ei certe excusationi esse debet, quod in hac priore parte non omnia recte observata sunt. Nam quod affirmat, paragraphos 118 et sqq. ex oratione quadam Mureti depromptas esse, potius eas de prooemio libri III *de Oratore* haustas crediderim. Similiter iniuria Riccobonus arguit auctorem *Consolationis*, quod simul cum fragmento a Lactantio laudato verba quoque eiusdem Lactantii inseruerit. Nam etsi certe Lactantii sunt illa: «ut idem Tullius in *Consolatione* non easdem sedes incolere iustos atque impios praedicaverit», tamen concedendum est, his verbis Ciceronis sententiam subiectam esse; quam haud inepte imitator in hunc modum expressit: «non easdem improbis sedem, quas bonis atque integris, post mortem esse propositas» (§ 190). Sed haec hactenus; nunc venio ad alteram Riccoboniana commentationis partem, quae cum ad elocutionem pertineat, magis cum hoc,

(1) Hunc librum a Carolo Sionario scribi non potuisse iam pridem vidit Schaffius et hac aetate docuit B. AUG. SCHULZ (*De Cic. Consol. etc. Gryphiae*, 1860); ex quo miror a quibusdam nomini clarissimi illius Mutinensis eam maculam hodie inustam esse.

de quo agere coepimus, conexa est. Hic multa quidem ille vir doctus notavit, quae a Ciceronis genere dicensi abhorrent, non tamen omnia, nec omnia recte; quare Signonius facile eum in quibusdam refellit. In quo genere etsi scribit Riccobonus: «Nec (Cicero dixisset) alia vocabula multa, quae recensere omnia iam piget», verisimile est, rhetorum modo eum locutum esse; nam si alia reprehensione digna animadvertisset, minime, opinor, illa silentio praetermisisset.

Ac primum poterat imitatorem reprehendere quod in §§ 8 et 108 modis loquendi Ciceronianis quidem usus esset, ad novam tamen et inusitatam sententiam detortis. Notum est enim imperativum *fac* cum modo infinitivo coniungi ad significandam rem in opinione positam, quae nullo modo fieri possit, ut puta: *fac, qui ego sim, esse te*. At quod iste scribit: «*fac enim hominem nasci et in lucem edi*», perversum est, cum id, nedum sit in opinione, singulis prope horis re vera fieri videamus. Similiter illud: «*Quid huic homini facias?*» nunquam apud Ciceronem aliquid vituperationis non habere videtur, ut significet idem, quod apud Italos: «*Che ne faremo di costui?*». Malè igitur *Consolationis* scriptor de quibusdam illustribus mulieribus: «*Quid his feminis, inquit, facias aut quo non honore et gratulatione dignas putas?*». Neque aliter in § 104 scribens: «*si verum est... orbem terrarum quoddam esse magnum divina mente repletum et caelestis indicanda sapientiae gratia tam multis undique collucentibus ornamenti illustratum ac depictum*», verba Horatii (*Epist. I, 3, 27*): «*caelestis sapientia*» ad significationem, quae inest in nostris verbis: «*la sapienza celeste*», transtulit. Nam, ut monet Orellius, illis versibus poeta:

frigida curarum somentia relinquerem posse;

quo te caelestis sapientia ducaret, iras, numen, amorem, quae inest in nostris verbis

«his a curis», inquit, «*si liberare te posses, nihil iam te impediret quo minus caelestis (maxime sublimia quaeque appetentis terramque despicientis) philosophiae praecepsis satisfaceres atque obtemperares».*

Sed multo plura notanda invenies apud hunc imitatem, quae Riccobonus sive praetermisit sive reliquit, ad rem grammaticam pertinentia. Vel pueri in scholis sedentes nunc sciunt nunquam a Cicerone particulatas illas: *quamquam, etsi, sive sive, nisi in oratione obliqua aut attractionis, quam vocant, gratia cum coniunctivo componi solere*. Quam consuetudinem saepius neglegit imitator, scribens: «*etsi corpore serviat*» (79); «*sive secetur... sive avelatur*» (170); «*sive cogitemus*» (177). Nam in § 10: «*Quae si aetatis potius vitia quam naturae velit miserias appellare, quamquam nominis quaestionem inducat, non tamen etc.*», modus coniunctivus attractionis tribui potest. Item cum pronominibus geminatis interdum coniunctivo pro indicativo utitur, ut § 48: «*quidquid sit, totum hoc ita leve est, etc.*». Quin etiam haud raro peccat imitator contra praecepsum illud, quo praecepit ut in enuntiatis secundariis orationis oblique modus coniunctivus usurpetur, veluti § 11: «*Nec vero audiendus, qui putet... totius autem naturae illa esse adfimet, quae a nullo prorsus homine seiungi possunt*». § 60: «*Addit etiam illud, deos immortales, cum hominum vitam, quae adeo misera sit, multis bonorum integumentis velarunt et operuerunt, fecisse... ne mortis suavitatem, quanta est; omni ex parte degustaremus*». § 198: «*Quorum ea fuit opinio, viros claros et fortes idcirco... consecratos, ut... acuerentur vehementius ad obeunda*

pericula, quae in illis auctoribus sapientes habent quaque tempore aptatur; die Quo in genere illa (191): «*complures... (scribi debet) appareat (item quin nequitia sacerdotum, quae exercuerint), pro seiungeri pro imperio in Vdt. 4; nonore experti quoniam: «*in aliter dicti posse. Iam vero tunc quaeque quoniam vereor quoniam poviimus, quae nime (112), ex Antib. s. h. v. perit (93); Codo atctore quod ne Lat. s. v. Auctori ipso mortis regimur: in ipsi fortasse mutat. Antib. s. h. ruit; quea quendi redol tera oratione itemque in A quoniam apud C tuisse ut aliquid est, haud ve occasio eius teris suis op hoc vero us**

Hic quae dixisti modo, perque prob exocitare? animo habui, ciceronem ac ille imitator f latere cupiat Ciceronianus melius, quam sit, pellem d Germanis g ineci, et ex venta in Italia quorundam li quaque non quid praedicat. (1) KUEHN

Hic multa quidem
eronis genere di-
nia, nec omnia
in quibusdam re-
cobonus: « Nec
qua recensere
rhetorum modo
ehensione digna
lla silentio praec-
ceptum est. In
prehendere quod
erionis quidem
atam sententiam
in fac cum modo
rem in opinione
it, ut puta: *fac*,
ribit: « *fac* enim
perversum est,
ulis prope horis
ad: « Quid huic
ceronem aliquid
significet idem,
li costui? ». Male
usdam illustribus
t, facias aut quo
utes? ». Neque
m est. orbem
ivina mente re-
sentiae gratia tam
entis illustratum
I, 3, 27): « cae-
que inest in
translif. Nam,
eta: *tulit* T
odsi
e posses,
ires, neq; adiut
spupos citim
te posses, nihil
tis. (máxime su-
ue despiciens)
atque obtémpet
ies apud hunc
raetermisit sive
entia. Vel pueri
quam a Cicerone
sive, nisi in ora-
vocant, gratia
Quam consuetu-
ens: « et si cor-
sive *avellatur* »
n § 10: « Quae
elit miseras ap-
em *inducat*, non
attractioni tribui
natis interdum
§ 48: « quid-
». Quin etiam
ceptum illud, quo
orationis obli-
v, veluti § 11:
tius autem na-
porsus homine
illud, deos im-
adeo misera
runt et operue-
n, quanta est;
« Quorum ea
irco, conse-
s ad obeunda

pericula, qui patriae amore studioque tenebantur ». In illis autem (88): « iudicavit... quid ceteros, qui sapientes haberi volunt, facere oporteat » consecutio quoque temporum ad consuetudinem nostrae linguae aptatur; dicendum enim erat: *vellet et oporteret* (1). Quo in genere tota laborat comprehensio verborum illa (191): « Intelleverunt enim ex Maioribus nostris complures..., cum in dis aequitas praecipue vigeat (scribi debebat *vigeret*) eaque in eorum gubernatione appareat (item appareret) maxime, fieri non posse, quin nequitiam sceleraque aversentur (legendum aversarentur), quique ea in vita exercuerunt (corrigere: exercuerint), eos a se ipsis longissime seiungant (male pro seiungerent) ». Quamquam non ignoro praesens pro imperfecto Ciceronem adhibuisse interdum, ut in *Vat.* 4, 10: « de te homines quid sentiant, in honore experti sumus ». Ubi tamen, quae statim sequuntur: « in salute exspectamus », declarant, non aliter dici potuisse. Iam vero non satis emendatus videtur usus particulae *qui* in modis dicendi hisce: « Non enim vereor *qui* » (93); « non prius ad libros confugere potuimus, quin ante acerbatis vi prosterneremur » (94). Ad vocabula denique a Riccobono animadversa, quae frusta Siganus defendere conatus est, addi possunt, quae sequuntur: *invidentius* (60), *corpus exanimis* (112), *excelluit* (197), *liber eruditus* (68; cf. Krebs, *Antib.* s. h. v.); *cum dolor se paulum remittere coepit* (93; Cicero *absolutè: remittere*); *cum Herodoto auctore Argia sacerdos repperit*, etc. (29; quod ne Latinum quidem esse docet Krebs, *Antib.* s. v. *Auctor*). Nec probabiliora putaverim illa: « in ipso mortis articulo » (37), etsi apud Ciceronem legimus: *in ipso articulo temporis*, quod ille a Terentio fortasse mutuatus est (*Ad.* 229), ut suspicatur Krebs, *Antib.* s. h. v.; § 162: « Vitam honeste clausebunt »; quae, nisi fallor, nostram consuetudinem loquendi redolent. Nam, quod Siganus affirmat in altera orationum, quas pro hac *Consolatione* scripsit, itemque in *Accusatore*, haec et his similia, cum nusquam apud Ciceronem inveniantur, tamen fieri potuisse ut aliquando ab eo usurparentur, monendum est, haud verisimile esse, Ciceronem, cui persaepe occasio eiusmodi vocabulis intendi oblata sit, in ceteris suis operibus quasi de industria ea vitasse, in hoc vero usurpare voluisse.

Hic quaerat quispiam: Quorsum haec? Quoniam dixisti modo, Riccobonum sententiam suam satis superque probasse, num necesse est nova argumenta excogitare? Equidem hoc primum demonstrare in animo habui, his temporibus, qui ad imitandum Ciceronem accedat, id callidius facere posse, quam ille imitator fecerit, idque eum velle debere, si modo latere cupiat; deinde, si quis eiusmodi opus pro Ciceroniano conetur venditare, huic nos facilius ac melius, quam ab illis doctissimis hominibus factum sit, pellem detracturos. Gratiam ergo habeamus et Germanis grammaticis, quorum initio mentionem inieci, et ex nostris I. B. Gandino, qui illorum inventa in Italicas scholas induxit. Cuius laudis (pace quorundam lividorum hominum dixerim) liceat nobis quoque nonnihil adsumere ac de nobismet ipsis aliquid praedicare.

ANTONIUS CIMA.

(1) KUEHNER, *Ausführl. Gramm.* II, p. 778, b.

Cic. De off. 2.

PAX!

*Pax alma, salve! pace fruentibus
Purum renidens candida frontibus
Lux ardet, afulgetque splendor
Aetherio radians ab axe.*

*Stant Pace castis tecta penatibus:
Harens amatae coniugi, et immemor
Torquentium pectus malorum,
Cumi sobole et famulis maritus
Iucunda vitae tempora transgit.
Sunt Pace dulces fratribus, invido
Si dente parcant vulnerari,
Foedere perpetuo labores.*

*Quid Pace mundo pulchrius? artium
Cursus bonarum provebit impigros;
Laurisque frondentes olivas
Nobilibus sociasse gaudet.*

*Hac patriae famam, bac Pericles sibi
Nomen decorum saecula in ultima
Musarum amicis obsecundans
Pindaricis peperit trophaeis:*

*Crevere dio carmine nobiles
Sacrae Camenis Cecropiae domus;
Ac eloquens marmor perenni
Praxitelis Phidiaeque scalpro.*

*O Roma felix! candida te fovet
Custode rerum Caesare Faustitas,
Ut saeva primum emovit arma
Moenibus et vacuum duellis*

*Ianum Quirinum clausit; amabili
Tum rura dixit Vergilius lyra
Et pascua et reges et alta
Romulidum monumenta patrum:*

*Tum Flaccus, almae Principis urbium
Vates, et ausus cingere Delphica
Lauro comam et sparsit iocosas
Italico satyras aceto.*

*Insigne vidit Roma beatior
Saeculum Leonis nomine, ut aedibus
Surrexit ingens Vaticanicis
Artis opus populis loquendū.*

*Heic, quae aemulentur Parrhasii manus,
Depicta splendent prodigialiter
Miracula rerum! en impiorum
Corpora tartareos in ignes*

*Detrusa raptim, tum pia caelicas
Invecta in arcis: nubeque lucida
Amictus hinc fulget Redemptor
Candidior nivibus coruscans.*

*Pax alma, salve! quis reteget tui
Vultus beantis lumina gentibus?
En cerno in amplexus euntem et
Oscula Iustitiae pudica*

*Pacem ferentem: non sine legibus
Stant regna iustis: impia corruit
Aetas, ut irvisis recessit
Iustitia aufugiens ab oris.*

*Nil iura prosunt, lumine si vident
Divis amico, concilia et duces;
Pacisque nequidquam tuendis
Muneribus populi laborant.*

Ergo iacebunt spes animis? genus
Mortale semper classica concient?
Et bella terras pervagata
Caedibus inficient cruentis?

*Demissus alto Christus ab aethere,
Aequaeva Summo progenies Patri,
Vagivit ut secreto in antro,
Continuo cecinere pacis*

*Carmen frequentes altium chori:
Sil caeli in aula gloria Numinis;
Optata mortalesque iungat
Pax, bona queis animo voluntas!*

*Christi per orbem nomen et imperi
Fines potestas pervolet ullimos;
Regesque condiscant superbi
Sceptra crucis colere auspicata.*

*Iam non inani foedere nec dolis
Quaesita cautis mutua stet fides:
Armisque tum pacem perennem
Seres agent positis et Afril.*

ALFONSUS M. CERASOLI S. I.

LATINAE ADNOTATIUNCULAE

Maurus Riccius Ioanni Taddeo.

EPISTOLAM tuam attentissime perlegi, ac tibi tum pro elegantia, tum pro opportunitate gratulor; sed quoniam iubes me animum in te sumere Aristarchi illius, de quo Flaccus scribit, non ad quinque sententiam clamabo: Pulchre! bene! recte! Multo minus me videbis ex amicis oculis rorem stillare, vel salire, vel tundere terram pede. Laudo quum incipis: « Plus attigisse doctrinae »; sed quae sequuntur « Omnen eruditionem callens » non satis mihi arrident: melius Cicero: « Nullius eruditionis expers ». In calce primae paginae habes: « Nunc opportunum duco scribere »; vide an elegantius Cicero ipse scripserit: « Illud autem est huius scriptoris ac temporis ». Illepede dictum puto: « Ortus in provincia », prae Tacitiana dictione illa: « Provinciali loco ortus ». Regni vel Municipii strenue res curare, « Totum se dedere reipublicae » egregie dixeris. Scio scriptorem quemdam excellentissimum explosisse praepositionem « per » pro « ab »; putat enim gallice ita adhiberi. At quum Cornelius Nepos scripsit: « Legationes vero omnes quae essent illustiores per Dionem administrabantur », fuitne Gallus ipse quoque? Vide quantum accepta iam consuetudo Gallos criminandi transversas agat mentes et hominum doctissimorum? « Minister belli » quem Itali dicimus *il ministro della guerra*, cave ne scribas; in Tacito optimam dictionem invenies: « Minister bello datus »; eam tibi propono. « Officinam chartariam » bene appellabis tabernam, in qua charta conficitur; sed apud antiquos nomine etiam a loco vel a mercatore sumpsit, nempe « charta Saitica, charta Fanniana ». Nec idem sonat « evolvere » et « pervolvere » librum; evolves quum illum aperies, pervolves quum attente leges. Pervolve igitur hanc epistolam, et pancratice atque athletice (1) vale.

Ex scriptis M. Ricci.
(1) Bacch. a. 2. s. 3.

ORATIO
AD DISCIPULOS GYMNASII HABITA
STUDIIS ABSOLUTIS

Cum iam per nos, magistros, praecceptores, insti-
tutores, discipuli carissimi, ita factum est, ut,
qui nobis ad studia superiora maturi videamini, hoc
gymnasium felici auspicio relinquatis, fieri non po-
test, quin, cum disceditis, quibusnam animis disce-
datis, paucis vos admoneam.

Haud raro audiuntur his temporibus querelae, quod
linguas antiquas, classicae quae dicuntur, edoceantur
pueri, quod vano onerentur labore. Quid enim pro-
desse? quem fructum afferre scientiam sermonis, qui
nusquam audiatur, qui non intellegatur, nisi a paucis
quibusdam?

Contra quae vel plurima dici possunt. Sed ne
diu vos teneam, num omnia, quae alia in aliis scholis

id quod nolle videntur, qui iam omnia in linguis re-
centiores versa esse conlament. At quomodo non
nunquam versa!

Quid multa? Res clarior per exempla fit; exem-
plum necesse est quaeramus. Quamquam quid po-
test inveniri melius, quid hodie nobis magis concin-
num satira illa Horatii, sexta libri primi, vobis
novissime cognita, quae paucis plurima et quidem
pulcherrima dicit docetque? Unde rectius potest per-
cipi, quanam in re vera sit posita hominis dignitas?
Ipse loquatur Horatius: «Non ego me», inquit, «claro
natum patre, sed, quod eram, narro. Magnum hoc
duco, quod placui tibi, Moecenas, qui turpi secernis
honestum, non patre paeclaro, sed vita et pectore
puro».

Verecundiam autem et pudicitiam quis paeclaro
vobis, quis instantius commendare, quis amabi-
liorem reddere potest? Citemus verba: «Si vitii

rum, nemo ingeniosorum poetarum, quin acerrime
castiget et persecutatur. Sallustii inter alios verba
tenetis, qui: «Avaritia», scripsit, «fidem, probitatem
ceteraque artes bonas subvertit: pro his superbiam,
crudelitatem, deos neglegere, omnia venalia habere
edocuit». Quid mirum igitur, quod ii, qui vere excul-
tum genus humatum velint, hoc vitium extirpandum
praecipiunt; in quibus et Cicero prudentissime causa
huius vitii explorata monet, si quis avaritiam tollere
velit, matrem eius tollat, luxuriam?

Temperantia igitur, moderatio, modestia sunt,
quae avaritiam vincant, quae veram honestatem di-
gnitatemque naturae humanae augeant auctamque
servent.

Quam ob rem non magis a nostro vituperatur ava-
ritia, quam temperantia, modestia, continentia lau-
datur.


Pietatem vero et gratiam quid flagrantius accendat
in animis vestris, quam illa Horatii: «Nec timuit
pater, ne quis vitio sibi verteret, si olim paeclaro aut,
ut ipse fuit, coactor parvas mercedes sequerer. Neque
ego essem questus. At hoc nunc laus illi et gratia
maior a me debetur»? Quae gratia quanam re pae-
cipue exigatur, his docet: «Macro pauper agello
puerum me est ausus Romam portare docendum
artes, quas doceat quivis eques atque senator semet
prognatos».

Quam multa paucissimis! quibus (ut ad propo-
situm redeamus) quid magis ex libris est haurien-
dum? Quid naturae dignitatique hominis magis
accommodatum? Quae cum leguntur, cupiditate arde-
mus utrumque, patremque filiumque imitandi - quid
loquor? - alios quoque ad imitandum cohortandi et
alliciendi, ut ita homines humanissimi omnes fiamus,
ut bonos honestosque cives nos paeestemus. Qui
quidem maximus et nobilissimus fructus est studio-
rum antiquitatis, quem suavissimum et iucundissimum
esse iam nunc quis vestrum non sentit, non intellegit?
Qui igitur fieri posset, quin semper iis gauderetis,
ne dicam gloriaremini, quae quasi viatico vos
preciosissimo adiuvante utraque lingua antiqua instrux-
erunt? — Quae nunquam vos oblivioni datus aut
aspernatus credo, nisi indigni videri velitis, qui
clarissimos et nobilissimos antiquitatis scriptores co-
gnoveritis.

Quod felix, faustum fortunatumque vobis sit!

Varsaviae Polonorum.

I. WABNER.



Lucernae, urbis Helveticae, prospectus.

discuntur, intelliguntur ab omnibus? «At res sunt
utiles: generi humano et vitae prouidentur». O sim-
plicem indignamque homine rerum cognitionem!
Eane tantum homini sunt persequenda et adipiscenda,
quae corpus sustineant, quae victum, habitum, vo-
luptatem adiuvent? Nihilne interest inter hominem
et beluam? nihilne amplius natura hominis appetit,
nisi quae corpori tantum satisfaciat? Sunt igitur
anquirendae res, quae alant et erudiant animum, quae
vel ad ipsum corpus regendum eum reddit par-
tiorem itaque forment, ut omnia, quae ad id susti-
nendum servandumque pertineant, recte excogitet et
honeste paret; quae ita parantur sapientissime, ut
animo prudentissime pulcherrimeque excuto pa-
rentur.

Multae quidem sunt res, quibus animus excolatur;
in maximis tamen et exquisitissimis, si recte quis est
eruditus, haud scio, an dubitet, quin antiquitatis stu-
dium numeretur; quae quidem, nisi sermone ipso
cognito, nullo alio modo satis perfecte cognosci po-
test. Atque iuvat etiam ipsum ad rem, rectius dicam,
ad fontem rei non per alios tantum accedere suaque
ipsius manu purum liquorem ex ea haurire posse;

mediocribus ac paucis mea mendosa est natura,
aliisque recta; si neque avaritiam, neque sordes ac
mala lustra quisquam vere mihi obiiciet; si et purus
et insons vivo et carus amicis: causa fuit pater his.
Pudicum me, qui primus virtutis honos servavit ab
omni non solum facto, verum opprobrio quoque
turpi».

Quae ingenua Horatii confessio quantopere movet
animum nostrum, si in memoriam revocamus patrem
eius libertinum fuisse!

Neque minus est vobis amanda modestia, tem-
perantia, continentia, cum, quanta cum hilaritate de-
paupertate sua loquatur, legit: «Nunc mihi», in-
quit, «curto ire licet mulo, vel si Tarentum libet. Obi-
ciet nemo sordes mihi. Ego commodius, quam tu,
paeclare senator, vivo atque millibus aliis». Sane,
nullum videtur mihi perniciosus, nullum taetius
generis humani vitium, quam avaritia. Quid enim
est tam firmum, quid tam honestum, quid tam san-
ctum, quin hoc vitio violetur? Quo nonnunquam
tantopere vexantur homines, ut homo homini lupus,
ut scriptor quidam recens ait, videatur. Quod vitium
nemo est philosophorum, nemo historiarum scripto-

AB HELVETIA AD NORDICUM CAPUT

VIATORIBUS fausto omni propitiisque auspiciis
Helvetiae fines ingredientibus Lucernae lacus
renidet, eosque pulcritudinis omnis blanditiis illiciisque
captivos subditosque facile reddit adeo, ut non ad
aliud videantur eius splendescere fluctus, nisi ad in-
vitandos alienos, qui impatientes nova ac pulchriora
visendi Helveticae regionis aditum ineant.

Haud ita multi tamen viatores sunt qui sive Lu-
cernensis urbis, sive eius suburbani agri iucundissimos
adspectus, ut oculis laeti attonitique percipiunt,
ita valeant verbo seu calamo referre. Centum in-
minent undique immanium iuga montium; urbs au-
tem non tam antiqua sese pandit facie, quam insolita
atque inopinata ac praeter iudicium ignota.
Flumen eius nitidum multisque copiosum aquis pontes
secant vetustissimi ac plures, obsoleta facie, antiquis
exornati picturis, munitione hinc inde abruptis tur-
ribus praeruptisque vallis. Absona sane atque ridi-
cula paene humana castra, ubi eos natura ipsa ag-

geres constitui
altitudo inanibus
irridet. Harum
paene omnem
Pilatus mons es-
niveum extollit
cultu passim; v
pascua triginta
greges quatuor
tur, lactisque a
nera quotannis
dunt. Ibi densa
campanique a
ingeminant, atq
rusticis vita. M
pellare placuerit
traditur Iudeae
Servatoris necem
furiis indesinente
quo profugus pe
comparasse.

Inde, opposit
texerigunt, cui
notissima, iisque
palmas, Britanni
aestate decertant
ctoriae facilis ac
fecta est, ex que
menta machinasq
struere. Igitur fe
reperiunt, per s
sum, quorum tan
compulsi ad hosp
constituta felici it

Eminent haec
pedes vero lacus
effundit aquas sub
naves scaphaeque
qua viatores ad
fesso itinere ducat

Helveticis auto
naturae nos ad
deducit, ad quod e
tionibus illud dist
montosam regionem
altera ad latissimu
tima qua ex urb
reliqua via explora

Iter omne na
quae aestivo temp
tum relinquunt, q
tamen, et quod e
pluviae interturb
aquam satis quietan
litus atque legione
agmine infinito pe
atque illud ab Arc
vallum longe tuer
appropinquaveris,
simisque imminere
ultimum tamquam
sidium, cuius in se
atque tempestates

Quodsi eius in
bore multo quide
ciesque in summo
quo Oscar regis a
tum commendatu

Media nox du
quae a longe disc
ut viatores in mo

qui acerrime
er alios verba
em, probitatem
his superbiam,
venalia habere
qui vere excul-
m extirpandum
entissime causa
varitiam tollere

modestia sunt,
honestatem di-
nt auctamque

utuperatur ava-
ontinentia lau-

antius accendat
« Nec timuit
lim *praece* aut,
equerer. Neque
s illi et gratia
ianam re *prae-*
pauper agello
are docendum
senator semet

(ut ad propo-
s est haurien-
ominis magis
cupiditate arde-
mitandi – quid
cohortandi et
omnes fiamus,
aestemus. Qui

est studi-
iucundissimum
non intellegit?
iis gauderetis,
atatio vos pre-
antiqua instruxe-
ni datus aut
eri velitis, qui
scriptores co-

e vobis sit!

I. WABNER.

M CAPUT
que, auspiciis
acernae lacus
itiis illiciisque
o, ut non ad
us, nisi ad in-
ac pulchriora
nt.

qui sive Lu-
gri iucundis-
ne percipiunt,
Centum in-
um; urbs au-
, quam insos-
ciuncum ignota.
aquis pontes
acie, antiquis
abruptis tur-
e atque ridi-
ura ipsa ag-

geres constituit, divina manu congestos, quorum altitudo inanibus hominum castellis oppidis proorsus irridet. Harum vero excubiarum prima, quae urbem paene omnem umbra sua late tuerit atque defendit, Pilatus mons est, qui ad septem usque pedum millia niveum extollit caput. Rudis eius facies, rigida et inculta passim; verum eius in lateribus abdita pinguis pascua triginta et amplius numero latent, per quae greges quatuor vel quinque millia pecudum pascuntur, lactisque atque casei vellerumque copiosa munera quotannis uberrima pastoribus et agricolis reddit. Ibi densa fagorum sub umbra agrestes avenae, campanique aeris sonitus passim rudes concentus ingeminant, atque inter oviis curas blanda fertur rusticis vita. Montem autem cur a Pontio Pilato appellare placuerit quaedam docet popularis fabula, qua traditur Iudeae praesidem animi curis ob admissam Servatoris necem scelestumque excidium concessum, furii indesinenter lanitatum, huius in lateribus montis, quo profugus pervenerat, mortem sibi suis manibus comparasse.

Inde, opposita e ripa, Pilati montis aemulus vertex erigitur, cui Rigi nomen, viatoribus passim alpes notissima, iisque praesertim qui montanas obtinere palmas, Britanni plerumque atque Americani, quavis aestate decertant. Quamquam novissimae palmae victoriae facilis ac plana satis mox contendentibus effecta est, ex quo provectae humanitatis callida tormenta machinasque potentes placuit eius in lateribus struere. Igitur ferrei tramites ad culmen usque adfixi reperiuntur, per saxa atque per silvas torquentes cursum, quorum tandem ope nigri currus igneo vapore compulsi ad hospitia multa heic vel illic per montem constituta felici itinere peregrinantes advehunt.

Eminent haec post urbis terga portenta; ante pedes vero lacus per triginta usque chilometra suas effundit aquas sub sole micantes, quas quaquaversus naves scaphaeque remis aut igne actae persulcant, quae viatores ad tot pulcherrima suspicienda indefeso itinere ducent atque reducant.

Helveticis autem e nivibus similitudo quaedam naturae nos ad Nordicum usque Europae caput deducit, ad quod si corripere iuvat iter, tribus stationibus illud distinguere opus erit; prima quae ad montosam regionem percurrendam insumenda est, altera ad latissimos glaciei campos peragrandos, ultima qua ex urbe Trondjhem ad Nordicum caput reliqua via explebitur.

Iter omne naviculis vapore recto tramite actis, quae aestivo tempore bis terve per hebdomadam portum relinquunt, octo dierum fere est. Laetissimum tamen, et quod ea tempestate perraro nebulae aut pluviae interturbant, dum plerumque scapha per aquam satis quietam procedit, et quod Norvegum inter litus atque legionem illam insularum producitur, quae agmine infinito penes fines Europae dinumerantur, atque illud ab Arctic Oceani impetu quasi munitum vallum longe tueruntur. Caput Nordicum autem cum appropinquaveris, illud videbis rupibus abruptis altissimisque imminere fluctibus. Atqui vere insula est, ultimum tamquam ac cyclopicum constitutum praesidium, cuius in scopulum Arcticae omnes procellae atque tempestates impactae confringantur.

Quodsi eius in verticem ascendere cupieris, labore multo quidem, sed nullo periculo facies, adspiciesque in summo scopulo graniticum signum positum, quo Oscar regis adscensum anni MDCCCLXXXIII explatum commendatur.

Media nox dum appropinquat, ignes e navigiis, quae a longe discurrunt, in caelum coniicere mos est, ut viatores in monte stantes moneant. Pulcherrimus

sane visus atque nunquam obliscenda laetitia, quam inde excipit oculus ultima Europae litora circumspiciens, soleisque emergentem remota e maris superficie media ipsa e nocte contemplans. Quod sane prodigium a Maio mense usque ad Iulium expletum demirari gestunt Norvegi, quibus ceterum multis menses quavis diem inter ac noctem diversitate iamiam evanescente ducere contigit.

LAElius.

COLLECTIONES ET COLLECTORES


VISUM nonnullis est rerum colligendarum studium non esse naturae insitum humanae, sed ad hanc accedere et quasi superimponi iuxta indolem uniuscuiusque, locum, societatem et momenta

ab initio annorum ac teneris ab unguiculis erumpat, vim suam fortius adolescentia in ipsa praestitum, exhibetur, iure dicendum erit aliquid universo humano generi additum atque commune; quod autem ex instinctu aut ferme processerit, quasi naturae lex quaedam habendum censemus, quia commune quod est, a natura est.

Nec quispiam dicat in hisce puerilis levitatis aliquid inesse, atque ideo se in suspicionem iure venire; nam ideo naturale dicimus illud, quo levitas puerilis, nondum assueta repugnare naturae atque instinctui, facile commoveatur. Idque validius probatur si consideremus in firmiore aetate, quae tum ex intellectu, tum ex corde, tum ex utrisque dimanent. Ecquid agunt infelicissimi parentes illi, quibus unigenitum

Abstulit atra dies et funere mersit acerbo?

Quaeque sive studiorum, sive iocorum causa ipsius



Solis lumen Iulio mense ad Nordicum caput.

cetera, quibus voluptas excitatur; inde fit, ut, monente poeta,

....trabat sua quemque voluptas.

Quae omnia longius a veritate abscedere mihi vindentur, cum neque multorum praexceptis multisque litteris, sed experientia et aliena et mea semper conspicerim pueros, quae ipsis grata iucunda sint, asservare, e medio domus eripere et in angulis collocare, aequalibus suis carissimis, ubi locus diesque iocandi adfuerit, ostendere, pretiosa veluti et magno parta labore, vel conquista diligentia, vel praemio pro bene patratis accepta dono a parentibus, a consanguineis, aut - quis dicere vetet? - audaci manu et industri surrepta. Sic in germine ipso et in exordio vitae nostrae pullulat studium hoc una cum reliquis, et fit initium tum collectoribus tum colligendis.

At crescentibus et firmioribus annis, a puerilibus crepundiis ad graviora fit gradus et quasi quidam ascensus, quo aperitur ille mentis et corporis habitus, quem nos ingenium, indolem, genium vocamus, iuxta quem aut in vita dilabimur, aut in virtutem attollimur. Quum igitur desiderium hoc vel modo

erant, indumenta quibus utebatur, crepundiis quibus delectabatur, capillos, imaginem, libros, si forte sint, colligunt, et quasi in sacrario quodam deponunt, quotidie revisendos moerentissimis oculis, quotidie lacrimis rigandos. Quid est, quae, collectio haec quasi necessitas premens? Et si quis semet bellicis gestis insignem fecerit, nonne domi trophyola quaedam erigit ad rerum gestarum memoriam posteris suis sua cum laude credendam? Quid si maiorum suorum trophyea pariter domi servaverit plus? Quid si speraverit posteros alia insuper huiusmodi addituros? Da nunc hominem, quem scientia quoad papiliones, vel quoad flores delectaverit. Si talis fuerit, qualem supponimus, praestantiores papiliones, flores qui magni aestimentur modo colore, modo specie servabit; idem de papilionibus dic. En collectores, en collectiones in promptu.

Itaque triplex collectionum et collectorum genus. Alterum fit ex pietate ac dilectione erga vita functos carissimos, sive in maiorum, sive in filiorum numero hi sint, sive inter amicos recenseantur. Alterum autem studiorum disciplinarumque causa, quibus debemus ea, quae in museis tum publicis tum privatis

Vestitas. Regina
iliae regiae, cui
ue eo processit,
Carolus Eduar-
dus millia solverit.
trorum chartas
ut populo pro-
redigit libros;
Anglicus legibus
particularum millia
rdo sumptuosa-
Brooklin supé-
e millia collegit.

post tot atque tanta vano conatu polum nordicum
versus exantata, dubio angimur num forte impossibile sit obscurum illum verticem attingere.

Arcticus polus, exultis regionibus propior, ad quem tot clarissimi nautae dederunt vela, gentium oculos praesertim in se traxit: quique extremi ad eum attingendum profecti sunt Nansen, Jackson, Andrée, Aprutiorum dux famam non perituran eius horridis glaciebus auxerunt. Gloriae autem atque experientiae copia divites etsi multi nautae redierint, nemini tamen inhospitum terrae limitem occupare datum est, manetque adhuc Herculem futurum hue usque gloria nemini concessa.

Marino itinere vero ultimum illum arripere fini prohiberi nos experientia docuit satis obstaculis innumeris, quae nec *Fram* navis vicit, quibusque contra Welmann et De Song nautae suas rates confertas viderunt. Submarino autem navigio uti, carbonis penuria defendit, cuius nunquam satis abundantem copiam ad longissimum iter terendum secumferre aut parare licebit.

Aereos globos volantesque machinas nisi quotidiana eorum fiat usus temeritatis plena instrumenta esse docuit Andrée ille infelix, cuius miserrimum exitum conicere possumus. Ceterum nullus est polaris nauta, quin coagulatis iusculis aut exsiccatis obsoniis ursorum aut phocarum carnes anteponat, et nullus pariter est qui satis se posse confidere existimet cu- prinis naviculis, aut ferreis curribus, quos in dies parum experti artifices ad rem excogitant.

Monita vero haec non eadem pro utroque polo adeundo retinenda; est enim quae ad arcticum dicit via maximum per aequor gelidum strata, ita ut acervos rerum ciborumque decimo usque a meta in gradu condere liceat. Reliquae viae inexpertus viator vix in medio haerere cogetur, sed qui rem suam atque vivendi genus probe callet longe facilius eam dimetietur.

Lilie Germani. Sed Hebrei nomen ei indiderunt Schuschan et Schuschanna, non quidem ob sex exiguae illas frondes quibus constat, at ob singularem eius candorem; qui cum esset castitatis imago, mulieribus praesertim acceptae, hae sibi cognomento selegerunt; unde ad nos usque Susannae nomen deductum.

Nota Lilii fabula: Iunonem, adhortante Minerva, tanto amore Alcidem infantem esse prosecutam, ut lac a se, veluti a nutrice, sugendum ei daret; quod quidem cum superabundans effluxisset, in caelo Gassiam, orbem lacteum, efformasse, indeque sidera quaedam divulsa et in terram dilapsa Lilium quod effloresceret causam fuisse.

†

Nescio an in Orientalis telluris plagas lactis eiusdem guttae recto tramite impluerint, eaeque foecundae super modum factae tantam oryzae messem dederint, quae praecipua cibaria immensae illi multitudini compararent, rationesque praebent, quibus his vel illis escis commixta, incundissimo sapore haec efficerentur. Falsum enim quod de Sinensibus asseritur (de Sinensibus omnes dicunt; ecquid non ego?) eos esse inertes homines, effraenos lusores, et similia; maiores quidem cum veritate coquinarem gentem appellabo: nullus enim est Sinensis civis quin elixando, frigendo, assando, vel alio modo coquendo, maxime studeat.

Commune est ex plebe hominibus oryzam leguminibus viridis omnis generis, vel carni caprinae aut suinae cum pipere multo miscere; divites gulæ irritamenta malunt, serpentes, vermes, papillones, runculos, avium ova, caninas vel felinas carnes, insecta, artocreatia, ut non dicam de bombicu salamento, quod immenso pretio conficitur. Nihil autem accuratius modo quo carnes parantur ad edendum: Sinenses in victimas irruunt ingenti cultro, quem in earum collum immergunt; aliquantis per exspectant deinde dum vulnus satis sanguinis emittat; postea vivens adhuc animal exenterant, deglubunt. — En crura canum, frustum conquisitissimum! En feles nigrialbis felibus, iisque insipidis, longe praestantiores! Heu infelices mures, quibus nullum favet discrimen! Atqui cauda ab una ad alteram domum per certa appensi, viatorum oculis tanto oblectamento estis!

Sed etiam manducantes elegantissime sese gerunt Sinenses: quo quisque melioribus moribus est institutus, eo magis officii munus sibi praesunit negotia concotionis omnia strepientia reddendi, manducacionem, liquidi ingestum, ipsamque chymicam inversionem, quam cibi in stomacho patiuntur... Ceterum digestioni peculiare aliiquid illuc esse debet. Experimentum, si velint, sumant lectores mei, iuxta pracepta, quae sequuntur, sorbitionem sibi omnium iucundissimam comparantes ex hirundinum nidis. Coquus Sinensis liber monet, eaque ad amussim ego latine sum interpretatus:

« Recipe hirundinum nidos, quot maxime potueris; nunquam enim cibi huius delicatissimi satis amicis praebueris. Pinnis aliisque rebus inutilibus ablatis, aqua eos coques, donec concretum quasi ius efficiant; hoc pipionum ovis, quae prius torrueris, superinfundas, farciminis frusta addens, ita porro ut sorbitioni innent veluti cymbulae in mari. Clamores et admirationes convivae ad caelum attollent. »

Evidem credo: clamores et admirationes ad caelum; ad terram autem...

†

Paulo maiora canamus!

A Neo-Eboraco certior factus sum Pickering, athenaei Harwardensis doctorem, qui in insulas la-

FRUSTULA

Socis, qui tanta humanitate experierunt, ut rursus in *Voce Urbis* recolerem quae praecipue temporis opportunitas, vel de re aliqua sermo apud omnes inflatus, vel utilitas quaevis admoneret, libenter morem gero, primum attingens de florum illa specie, quam in hortis ferventiore hac anni parte admiratur, cuius odore per quam suavi summam delectationem capimus, per quam denique hominum cogitatione sibi deliciosa depinxit. *Lilium* dixere Latini, ab iranica voce *laleh* per dissimilationem verbum effingentes, non aliter ac apud plerasque, quas nunc loquuntur Europaei, linguas; Francogalli enim *Lis des jardins* nuncupant, *Lily garden* Angli, *Garten*

maicas profectus erat, ut studio singulari lunam prosequeretur, rediisse secumque imagines plures « photographicas » portasse, in quibus non omnes tantum et singulas illius astri eminentias et depressiones expressae haberentur; sed etiam - quis crederet? - lunaris solis ortus et occasus, et nivis aspectus. Quamquam Pickering ille doctor aperte declaravit, nisi de nive, de aqua profecto agi.

O fortunati nocturni iubaris incolae! Properet dies, cum nobis tanto aestu oppressis, rusticatum saltem vos detur convenire!

FORFEX.



ANNALES

Mauritanorum legatorum iter. - Navalis belli auspicia. - Seditiones in Sinis iterata. - Balcanici motus. - Bonearenses tumultus. - Transvaalianae res.

MAURITANI legati suum iter persequuntur. Novissime Potsdam in urbe sub meridiem a Germanico Caesare excepti sunt una cum, teste et decore, Richtofen, altero a reipublicae administratore. Quo expleto officio imperialel uxorem legati adiecent, atque aulicae coenae adsedelerunt.

*

His non obstantibus, quae munimenta ab Anglis Gaditana circa littora inita sunt, alacriter augentur; videtur enim manifestum iis esse consilium ut suas vires per mare nostrum a freto ad Byzantium usque proxime deducant. Itaque Melita quoque in insula nova tormenta bellica quotidie advehuntur, faces luculentissimae ex electride parantur in portibus, oppida obsoleta atque aetate fatiscentia delentur, nova exstruntur; quae reliqua manent validioribus munitionibus saepiuntur. Neque satis - si tamen vera sunt quae dictitantur - Angli enim nonnulli navium praefecti Neapolitanis in litoribus cum Italii sociis consilia communicavere de bello maritimo iunctis viribus per interni maris littora sive ad defensionem sive in congressione ducendo. Quae inde immineat pessima clades ecquis augur perscrutabitur?

*

In Sinis, ut praenunciatum fuerat, ad peiora res redeunt. Foedus quoddam « ex civibus » nomine sumpto pugiles scelestissimosque sicarios aemulatur. Galli milites qui supersunt, impedimentis relictis, nova inde ad praelia profecti; fines immo, quibus Tonkini Gallica colonia a Sinensi imperio separatur, urgent quotidie novae piratarum incursiones, quos repellere atque cohibere arduum est, quod proximae gentes commoveantur novaque consilia passim agitent. Tradunt etiam seditionis iniisse viam ipsum lukturor Naroolom, Cambodgiani regis filium: cuius vero coniuratio cum innotuisse, milites improviso reum ceperunt. Habito itaque de maiestate iudicio, qui Pnom-Penh in regio tribunal iudices assident, illum capite damnarunt. At vivit adhuc, novaque eaque audacissima parat in dies Tuan ille Sinensium omnium nostris infensissimus: vivit, et coactis maximis equitum turmis iamiam Pechinum adoritur. Quare planum fit viduae imperialis consilium, quae suam urbem caput revisere detrectans, aliam designavit, ubi totius imperii summam et regimen constitueret.

*

Novi metus incedunt e Balcanicis montibus ob Turcarum atque Albanensium animos vehementius quam solent in Serbos incensos. Eorum per fines

Avranovic, Rictina in urbe Serborum legatus, iter, ad rem melius dignoscendam oculis, init. Qui autem Bellogradis Turcarum legatus manet, imprudens factum iter obtestans, sese fassus est nullimode iter facientem a suorum civium furore posse tueri. Pervenerunt interim auctae in dies Turcarum copiae in veteris Serbiae provincias, neque minus quam quinque cohortes placuit congerere, ut Albanenses audacissimi perduelles cohiberentur. Quae tamen minime impediuerunt quominus Turcae Gussigne in oppido Christicolas adorti, cladem patraverint, sospitesque in Nigrimontis fines aufugere coegerint.

*

Graviores ferme at longe alia de causa motae seditiones Bonearensi e portu nunciatae. Causa fuit Pellegrini senatoris rogatio quaedam, mox a Berduc in comitiis oblata, de reipublicae aere alieno in unum cogendo. Videbantur haec satis incommoda creditoribus, et acquisitis eorum iuribus maxime contraria. Concitat inde animi paulatim, ne disceptatio de re haberetur, seditio orta. Et eadem acerrima, adeo ut a civili sanguine neque milites vigilesque, neque cives abstinuerint. Igitur militari manu dictatoriae potestati imperatorum res publica commissa, dum Berduc, aerarii minister, a munere recedit.

*

Krüger sciscitantibus Boerorum ducibus litteras dedit iterum, ne arma ponenter quoad libertas utriusque reipublicae in integrum sit restituta. Itaque invictae gentis agmina atque equitatus per Anglorum coloniam quaquaversus discurrunt non minus quam per suas ipsas regiones, equorum greges diripiunt, ferreos tramites divellunt, ut currus inde e via pro-silient. Futura... in gremio Iovis latent!

POLLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

IN Anglia Balfour, thesauri custos, una cum Crambre, altero ab externarum rerum administratore, de Gaditana quaestione rogatus, respondit nihil novi intercessisse cum Iberis, neque de novis munitionibus quae circa fretum forte erigendae sint, neque de novis oppidis ibi pariter pecunia emendis. Chamberlain autem, qui coloniis praest, comitia in extrema Africæ colonia proximo mense octobri fore ut convenient editix.

In Argentina republica rogatio legatis oblata de novo aere alieno contrahendo in publicas expensas erogando.

In Austria sessions explete una cum fusa disceptatione de expensarum summa, quae hinc Austris inde Hungaros conferenda sit in communes totius imperii necessitates.

In Batavia habitis ad oratores eligendos comitiis catholicae parti faventes tres supra viginti adlecti; duo autem supra viginti his accidunt ex haereticorum numero, quibus nova seditionis factionum consilia infensa quam maxime videntur. Interea regni administristi, consilio facto, sese munere abdicarunt.

In Bavaria rex administratorum petitioni accedens, eos ab officio dimisit: in eorum locum De Brauer ut praeses esset, Dusch ut iustitiae rei invigilaret sufficit.

In Belgica rogationem quam Beernaert eiusque socii obtulerant de colonia ad Congo flumen regno brevi ad dicenda, mutato consilio ipsi nondum agitandam censuerunt, atque a disceptatione recesserunt. Coram patribus lex de iudicis aleatoris eorumque domibus subvertendis lata est, at simul Spa et Ostendae urbibus concessum, ut certos retinerent.

In Bulgaria approbatis expensarum rationibus, et quovis aere alieno tandem soluto, sessio exulta est.

In Gallia rogatio de religiosorum sodalium iuribus a patribus approbata; coram populorum legatis autem de Berberia colonia suffragia lata, quae gubernantium consilia passim probarunt. De pecunia pro Sinensi bello eroganda habita deinde disceptatio, quae tamen reipublicae rectoribus favorabilis cessit. Delcassé de Mauritanis finibus non violandis publice iterum sponsonem dedit.

In Iberia nova sessio reginae oratione inaugurata est, ubi nonnulla proposita de Iberorum amicitia cum Latinis Americae gentibus provehenda, de legibus ad religionem pertinentibus innovandis, de re pecunaria quam maxime curanda. Vega de Armijo, qui coetui oratorum populorum praeter, etsi a munere recessisset, atque iterum latis suffragiis in officium vocatus esset, in suo proposito tamen perstitit.

In Italia, post disceptationem fusam atque acerrimam de internis negotiis, gubernantium consilia, etsi in socialistarum mentes satis prona, multis tamen suffragiis coram populi oratoribus approbata sunt. Approbatis pariter nonnullis parvi momenti legibus, feriae indictae.

In Rumania regali oratione nova comitiorum sessio inita est.

SCRIBA.

AENIGMATA

I.

Sum verbum? Carpturus iter me saepius audit.
Sum nomen? Signo, Naso, poema tuum.

II.

Multiplicat pars prima; sed altera demere gaudet;
Hanc illi vinco iunge tenace tamen.
Exoritur numen, fines defendere sollers,
Ipse cui cessit Iuppiter altisonans.

FR. PALATA.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus sortitus gratis accipiet opus novissime editum, cui titulus:

PETRI ANGELINI

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Aenigmata a. IV, n. X proposita his respondent:

Ala - Ara. Sus - Seges - Sitis.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Fr. Xav. Reuss; Th. Vinas Sch. Piar., Roma - Ver. Cariolato, Vicentia - P. G. Z., Modoletia - Ioan. Cantono Ceva marchio, Vercellis - Guil. Schenz, Ratisbona - Car. Stegmüller, Sabaria - Ios. Ulbricht; Ios. Schellau S. I., Mariaschein - Ios. Gomà, Tarracone - Princ. Gordon, Mancunio - H. A. Strong, Liserpal - Collegium Schol. Piarum Stellae - D. Le Provost, Briocen - Hild. Guepin, S. Dominico de Silos, ad Burgos - I. Walter, Neo-Eboraco - I. Szymaitis, Opitoloki - E. Burg, Argentorato - Ad. Huza, Grybovia - Alois, Zafostega; Mich. Vidal, Palma in insula Majorica - Fr. Sallarés Sch. Piar., Sabadello - Eug. Sosio, Bormio - P. Garrone, Pezzana ad Vercellas - I. Brandt S. I., Hephnia - M. Belli, Portu Romatinu - Fr. Altobelli; V. Starace, Neapolis - Ios. Crosatti, Poiano ad Veronam - G. Maurer, Bonna Ubionum - Am. Robert, Marieville in Canada - V. Lommatzsch, Limbach in Sax. - Iul. Sernatinger, Dresden - Herm. Gini, Taurinus aquis - Ad. Skrzypkowski, Swinice - Collegium Sch. Piar. Molinæ - Cam. Straschill, Villaco - F. Arnori, Mediolano - W. Matloch, Maja - Lud. De Rubeis, Iguvio - Abr. Morchio, Genua - Alois. Cappelli, Senis.

Sortitus est praemium

P. G. Z.,

ad quem missum est opus, cui titulus:

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO T. ANNIO MILONE

Curante A. Cinquini.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

PER ORBEM

ABDUL-AMID, Turcarum imperatori, infasta his diebus omnia vertuntur; non modo enim pius ille rex suis ex uxoribus alteram morte praeceptam deflet, sed incensas quoque dolo malo infandoque molimine aedes suas illustres. Servamus tradunt a maleficiis viris ad perpetrandum facinus instigatam, in contignationem cubiculi cuiusdam ignem c' to immissons: mox correptam a vigilibus atque iussam scelus fateri, fassam quidem esse seseque sponte incusasse; verum, nec praemissis pariter nec minis territam, rei auctores, quibus impulsa ad crimen fuisse, nullo pacto revelasse.



Dum haec regi contingunt, cives graviore serme metu anguntur: iminet enim laeva falce venenatisque sagittis apricis illis Byzantini's moenibus pestis tetrica clades. Huius exordia a quodam iuvene, pistoriae artis alumno, repetenda, qui morbo saevo correptus, atque Galatae in nosocomium delatus, brevi dolore citissimaq' aegritudine obiit. Cadaveri arctissimae custodiae positae, vallatusque mortis locus; vestes, lectilis, suppellectilia omnia igni tradita. Atque optime quidem haec; verum tanto aestu e' caelo imminentे tantoque urente sole, quis se a subtilissimo maximeque fluxo pestis semine tutum immunem satis reputet?



Quoniam aestum commemoravi, dicant Neo-Eboraci incolae, dicant quae mortis vestigia per suae civitatis vias solis perservidae spiculae sternant. Ecquid mirum, cum ad quartum supra quadragesimum indicem mercurii fistula torrefacta ascenderit? Inde ad trecentos fere homines una vix die per Americani foederis terras ieu solis enectos, inde equos servore prostratos atque necatos, inde negotia omnia intercepta ubique nunciarunt. Ad quae augenda Pittsburg ex urbe solemniter edictum est, ut opifices omnes, qui ad viginti millia numero Americano sodalitio ad chalybem elaborandum mancipantur, ab opere simul recederent.



Nec satis ex America infortuniis. Michigan in lacu, dum piscatoriae naviculae, prout assuerant, suo negotio dant operam, exardet repente procella, coactaque nubes tenebras obducunt, fluctus vento acti in caelum tolluntur. Aufugint illi a facie tempestatis in portum: fugientes vero fulmen ecce horrido strepitu caedit, demergit; unda necatos obruit: hoc misero fato scaphae duodecim homines perierunt.



Nec denique Amer'canas terras ante reliqueris, quam audies ex Indiana republica novissimum malum. Saint Louis urbem ferreorum venum series citissimo cursu petebat: per tenebras venient ad pontem trans Wabas flumen consecutum, ut citra aquas iter prosequerentur. Pontem vero tumentes fluctus rabie praeponiti divellerant, atque per tenebras abditis insidiis, quas nemo neverat, secum abripuerant. Ferrei currus in vnum impetu suo coniecti mox praecepit: viatores, merces, onera, vetres, machinas una eademque sorte aquae revolvunt in ruinam Quae clades, quae detrimenta inde parta fuerint silere quam enarrare malo.



Quid si etiam quae Virginia in republica atroci tempestate acciderunt commemoravero?

Per diem integrum aquae, renovati ad instar diluvii, urbes, sata, campos inundarunt. Keystone urbem, in Elkorn fluminis valle, bis mille incolis laetam, medianam circiter noctem, paene submerserunt. Paucissimis sospes iter datum, qui per irrumpentes aquas viam montes versus aggredi non dubitarunt. Domus autem plerumque leves ac lignas facile divulsas secum torrens convolvit; cauponae quae, ut erat feriata dies atque nundinis edicta, undique compleatas rusticis atque opificibus conspiciebantur, corrueunt passim, atque feriantes cives misere oppresere. Postero die convenientes finitimi populi horrendum viderunt prodigium, quale forte e iugis Armenis contigit Noe primum demirari, vallem late fluminis fluctibus obrutam, sparsimque undique per tumesfactas aquas rudera, pecudum, virorum mulierumque cadavera. Simili infortunio septem per Virginiam rempublicam provinciae, centum per millia passum vastatae, ac quadraginta oppida deleta sunt.

Vivian immo in loco circa rudera et ruinas coverunt statim latruncularum, nigrorum plerumque genere, turmae, qui quae forte intacta supersuissent certatim expiscarent e fluctibus, vstantur, diriperent, et praesertim ignitorum potuum urceos recuperantes deliramentis ebrietatis sese traderent. Quare dum mittuntur undique in montes ad enutriendos sospites panis ciborumque currus, oportu' simul cohortem expedire, quae militari ritu regionem omnem occuparet lustraretque, edicto ut si quis forte militibus obsisteret, capite plecteretur.



Num forte pauca aut levia haec vobis videntur? Igitur sistat hodie in America iter nostrum, ne peiora forte alibi inmigrantibus occurrant: ni placeat saltem Berolinum curru interna ipsa vi acto una cum Gallis viatoribus concurrere. Quos scitote (incredibile paene post tantum bellum tantaque odia prodigium!) vix metam prætergressos immensa statim multitudine ovanti plausu constrepente esse circumdatos. Turba præcipue Fournier, curriculi audacissimi victorem, immani laetitia exceptit. Dum enim ille advenit, tibicines milites Gallicum hymnum bellicum *Massiliensem* ineunt; plebs autem, hinc et inde fracto militum custodum agmine, Gallum victorem adiit, sustulit e curru, atque humeris impositum ad certaminis iudices usque attulit. Eadem erga Girondot, alterum a victore, plane iterata. Obstupescunt Galli, obstupescunt Germani tantam animorum aemulationem, novissimorum venum felici cursu tandem esse sublatam: eque ignorant humanitatis pacisque novis inventis provehi per aevum nostrum triumphos?

VIATOR.

VARIA

De nivatis scitamentis.

Quae situm apud veteres frustra nomen beliorum, quae ex aqua et saccaro gelu concretis nunc fraga, nunc mala citrea, nunc aliiquid suavis sapientibus redolentibusque conficiuntur; nomen conflandum iure recentibus fuit, ne res ignota priscis, at nobis in usu, per longas verborum ambages circuitusque diceretur. Habeant, qui velint; qui minus autem, aliiquid aptius, commodiisque edoceant.

Quae nivata scitamenta penes nos habentur ab Italiam primum conflari ceperunt; penes antiquos mel et lac miscebantur; quae, circum aut

nfra, insita vel glacies, vel nix coagulabant Opportunitas praesentis temporis in aestiva dilabentis monet opportunitatem narrationis. Italicis, uti notavi, communia ista; Parisiensibus anno 1533 innotuerunt. Catharina Medicea nupta Francorum regi, Florentini, regalibus addicti mensis instruidis, haec bellarii interserere solebant; sed suavissima nunquam e regia manarunt, nisi praeter lapso integro saeculo; tunc enim, Aloisio XIV rege acciente, Panormitanus civitate, Franciscus Procopio, adscitis sibi sociis quibusdam excellentibus in hac arte, Neapolitanis ac Florentinis, prior officinam huiusmodi constituit, qua omnibus venalia prostarent. Itaque kaffearia huius taberna, diplomate regio sacra, opibus affluere, magno esse in honore, frequens et proceribus et hominibus lautissimis praedicabatur. Michael Procopio filius medicinae potius quam sacerdotii, quod prius iniverat, secutus est artes; mox theatrales fabulas cepit non sine honore aliquo scribere. Unde quadraginta annos natus, formosissimus ore, decorus aspectu, incessu, obiit; at kaffearia officina nomine sub eodem Procopio, felix, faustaque administrantibus exstitit. Anno 1793 Vellonius Neapolitanus nivata scitamenta venalia dedit in magnificentius instructis aedibus ad *Boulevard des Italiens*; sed negotis non prosperis, omnia domestico sibi et familiari iuveni, Tortonio, adscriptis. Qui, ita prospera usus est fortuna, ut, anno 1825, redditum annum ducendarum millium libellarum sibi comparato, valexerit negotiis. Quot post eum successere in officinam gerendam, tot bono alite ditiores facti sunt, donec supremus rei gestor, anno 1893, ad alia negotia conversus, officinam penitus abolevit. Procopius itaque ac Tortonius optimè de Parisiensibus, de Gallia, de exteris nationibus meriti magna cum laude hactenus nominantur, tales habentur, ut perenni memoria digni videntur.



Ioci.

Remedium singulare insomnio laborantibus.

Saepius totam noctem insomnis Urbanus medicos de remedio rogaverat, recusans tamen quemque vel opio, vel aliis huiusmodi narcoticis, ut aiunt, venenis imbuta essent. Amicus Ruricius admonuit ut, somnum capere quoties non posset, mente numeraret et voce submissa ab uno ad sexcenta, ad mille et ulterius; mens quippe taedio fessa sensim sine sensu in somnum laberetur. Occurrit Ruricio mane Urbanus; cui Ruricius: — Placidus ne tibi praeterita nocte somnus? — Minime — respondet Urbanus. — Ecce — Ruricius querit — meo non usus es remedio numerans? — Cui Urbanus: — Sane quidem numeravi. — Quam ad summi? — Ad millia decem et octo. — Et post haec dormiasti. — Haud quamquam; post haec e lecto surrexi, nam lucescebat iam dies. — Proh medicum cedrinis tabulis dignum!, quinimo et abiegnis!



Metempyscosis optata.

Dos uxoria, lites. Uxor et vir multa concitatione item fecerant, et vituperia inter se agitant. Iracundi etsi adhuc, eadem in aula manebant, diversi diversa tentabant. Uxor cantare, viro tacente, et vexare digitis regulos mensae chordisonae: — Ah! — exclamat — vellem in lusciniolam mutari, ut semper deliciosa canticum. — Tum vir superciliosus: — Et ego in sclopum! — Erupere ambo in risum; et redintegrata concordia.

P. d. V.

* FIDES *
quod musicum organum
STRADIVARIUS
CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS
VIZ. GIOVANNI ANDREA STRADIVARIUS CONFECIT
Rome veneunt.
Negotium agitur apud Commentarii VOX URBIS administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.

DUBIA ET RESPONSA SUPER EXTENSIONE
IUBILAEI ANNI MCM ad universam Ecclesiam
proposita in commodum confessariorum a THOMA ARIZOLI Missionario Apostolico Imperiali, Sacrae Poenitentiariae officiali.

Dubia huiusmodi explicant facultates quas Sumimus Pontifex concedit in ordine ad Iubilaeum exercendas et complectuntur prae-
cipuos casus qui in Iubilaeo proponuntur. Responsa sacrae Poenitentiariae, etiam recens data, quae opus fuit memorare, memorantur.
Accedunt Constitutio pontifica super extensione Iubilaei et, maxima ex parte, Monita ex Constitutionibus Benedicti XIV de usu facul-
tatum confessariorum tributarum excerta.

Opusculum venit lib. 0.50 apud comm. Vox Urbis administra-
torem, Romae, via Alessandrina, 87.

LIBER (vulgo "ALBUM")
praecipua Urbis referens, pulcritu-
dine insignis atque, commentarii
Vox Urbis moderatore iubente, expresse con-
flatus, apud eumdem commentarii admini-
stratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87,
ven. lib. 1.50.

FIGURAE URBIS ROMAE
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS
(m. 1.10 × 0.24)
qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singulatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.
SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

Nuperrime prodit

LOLLIUS, sive de proiecta latinitate, PETRI ANGELINI
liber, constans
paginis cix, excerptus ex Commentario *Vox Urbis*. - Venit lib. 1.50,
apud eiusdem Commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALES-
ANDRINA, 87.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA

ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS

PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE

LE LAUDI LATINE
IL CANTICO DEL SOLE

SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncola, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latinae cum interpre-
tatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita,
quae *Canticum* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem
proxime ali sub sequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* compa-
randam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima
edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit
L. 0.50, in pauperum levamen.